



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

**Parisiis, 1644**

Concilivm Ad Castellvm Theoderici Anno DCCCCXXXIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15625**

ANNO  
CHRISTI  
935.

CONCILIVM  
AD CASTELLVM· THEODERICI  
ANNO DCCCCXXXIII.

**S**YNODVM hanc ex Flodoardi chronicō liquet inter obsiden-  
dum habitam fuisse , cum Heriberti comitis munitionem ad  
Matronam , cui a Theoderico nomen est , rex Rodulfus obsideret .  
Quid autem in ea præcipue actum sit , præter episcopi Belloua-  
ensis ordinationem non commemorat . Rodulfus rex , inquit , mu-  
nitionem Heriberti , quæ dicitur castellum Theoderici ,  
obsidet hebdomas sex . Synodus inter obsidendum præ-  
dictum præsidium celebratur , congregatis nonnullis Fran-  
ciæ vel Burgundiaæ præfulibus : cui præsederunt domnus  
Artaldus antistes Rhemorum , & domnus Teutolo Turo-  
nensis episcopus . Tunc quoque domnus Artaldus Hilde-  
garium ordinavit episcopum vrbis Beluacensis .

ANNO  
CHRISTI  
935.

CONCILIVM  
APVD SANCTAM MACRAM  
ANNO DCCCCXXXV.

Aduersus rerum ecclesiasticarum peruersores .

**A**D hanc Synodum septem episcopos conuenisse , Artaldumque  
Rhemorum archiepiscopum præfuisse , docet Flodoardus in  
chronico . Anno , inquit , DCCCCXXXV . Synodus septem epi-  
scoporum apud sanctam Macram , domno Artaldo archi-  
episcopo præsidente , celebratur , in qua prædones & ec-  
clesiasticarum rerum peruersores ad correptionem venire  
vocantur .

NOTA SEVERINI BINII .

\* *Concilium.* ] Hæc Synodus celebrata est in Rhemensi diœcesi  
apud sanctam Macram , opidum nunc Fismes dictum , præsente Ar-  
taldo archiepiscopo Rhemensi , cum sex aliis episcopis , in qua præ-  
dones & ecclesiasticarum rerum inuasores ad correptionem vocan-  
tur . *Flodoardus lib. 4. cap. 25.*